# FACUNDUS BOEMIÆ APOSTOLUS,

SEU

# D. JOANNES NEPOMUCENUS

Metropolitanæ Eccleſiæ Pragenſis ad S. VITUM CANONICUS

Famâ Periclitantium Specialiſſimus Patronus

Panegyricé auditus.

Neo-Pragæ in Sacello ejuſdem Divi Martyris Die 23. Maij Annô 1717.

Dicente

FRANCISCO JOANNE NEPOMUCENO SVOBODA,

Adminiſtratore Eccleſiæ ſancti Caroli Boromæi

Micro-Pragæ.

*PERMISSU SUPERIORUM.*

VETERO-PRAGÆ

Typis Barbaræ Franciſcæ Beringerin, per Joannem Georgium Behm p.t. Factorem.

# PRÆNOBILIBUS, GENEROSIS, DOCTISSIMIS

*AC*

*CONSULTISSIMIS* DOMINIS

Sacræ Cæſareæ Majeſtatis

# CONSULI,

*ET*

# SENATORIBUS

Regiæ Urbis Vetero-Pragenæ

*Patronis ſuis faventiſ-ſimis.*

Universitäts-Bibliothek München

## Prænobiles, Generoſi, Doctiſſimi ac Conſultiſſimi Domini

## Patroni faventiſſimi.

*ACceleret ad locum flentium* (*a*) *Nehemias plorans* : (*b*) *tranſivi ad portam fontis & non erat locus tranſitûs.* (*c*) *Ego, facto tranſitu duorum candidorum leonum ad tres aureas turres felix Aſterides,* (*d*) *repletus ſum omni conſolatione.* (*e*) Si enim *ad portam ferream* (*f*) *Petrus de anguſtia liberatus* (*g*) *exultat gaudiò ;* (*h*) quantô magis *ad portam antiquam,* (*i*) *obſequij mei oblatio accepta erit* (*k*) *cum gaudio & iucunditate,* (*l*) quam (*m*) Fridericus III. Auguſtiſſimus *Artifex aurô figuravit,* (*n*) *& ſuper eam* (*gratiæ & ſpei Prodromum* (*o*)) *fecit coronam auream,* (*p*) *in retributionem heroici pectoris Vetero-Pragenis Heroibus.* (*q*) *Si erravi:* (*r*) crediderim! *ſpiritum erroris auferet,* (*s*) *quia oblatio ejus eſt,* (*t*) *quo primitiante zelum Apoſto-*

(*a*) Jud. 2. v. 5.
(*b*) 2. Eſd. 1. v. 9.
(*c*) 2. Eſd. 2. v. 14.
(*d*) Salv. li. 2.
(*e*) 2. Cor. 7. v. 4.
(*f*) Act. 12. v. 10.
(*g*) Prov. 11. v. 8.
(*h*) Prov. 23. v. 24.
(*i*) 2. Eſd. 12. v. 38.
(*k*) Rom. 15. v. 31.
(*l*) Bor. 4. v. 23.
(*m*) *Hic Imperator argenteam portam convertit in auream cum aurea corona & duobus albis leonibus*

licum

*licum in Teinenſi Baſilica, vetus error abiit* (u) *Czechiæ*, (x) videlicet *Facundus Apoſtolus Bohemiæ Divus* IOANNES NEPOMUCENUS. Ille ille *virtutum cælicarum plenus* (y) *ſpiritus, apprehendit me*, (z) *& introduxit in oſtium Portæ*, (a) *ubi ſpes ſinè confuſione.* (b) Qui ùt *Ampliſſimo* MAGISTRATUI *inacceſſibilem gloriæ Coronam exoret*, (c) *ſecundum meritum operum ſuorum*, (d) ad Aram *Agni Immaculati* (e) indies memor vivo.

*pro inſigni Vetiro Urbi Pragenæ Cuth. m. 5.*
(n) *Iſa.* 40. v. 1.
(o) S. Cypr.
(p) Exod. 25. v. 11.
(q) Hagek.
(r) Job. 34. v. 32.
(s) Exod. 29. v. 25.
(t) in V. S. Joann.
(u) 1. Joann. 4. v. 6
(x) Iſa. 26. v. 3.
(y) S. Auguſt.
(z) Zech. 8. v. 14.
(a) Ibidem.
(b) S. Chryſ.
(c) 1. Petr. 5. v. 4.
(d) Eccl. 16. v. 15.
(e) 1. Petr. 1. v. 19.

## Ampliſſimi Magiſtratus.

Clientum minimus
*Franciſcus Joannes Nepomucenus Svoboda Adminiſtrator S. Caroli Boromei.*



# ORATIO.

PAradoxum! Januarium induit Majus! quo totus pene microcoſmus. (a)

*Gaudet equis, canibúſque, & aprici gramine campi.* (a)

In ſolam aurem meam *verſa in luctũ cithara*, (b) triſte ſonat: *Rachel plorat & non vult conſolari.* (c) Relevet, anxia corda curis ſimphonia *ſuavi* Sterephon, eliſi nube ignes miteſcent, ſola Rachel *animam conſumptam mærore* (d) agens, *non vult conſolari.* Conetur dulces in carmina ducere voces Themeſes, ſaxa hilari ſuper agmina cantu emicabunt, ſola Rachel, *calice mæroris, & triſtitiæ* plena, *non vult* (e) *conſolari.* Agitet citharam.

*Orpheus in ſilvis, inter delphinas Arion.* (f)

Montes, & omnes colles - - volucres cæli, & piſces maris (g) feſtos ducent choros, ſola Rachel *diem mæroris, & luctus*, (h) ruptis exululans comis, *non vult conſolari.* Vah! quæ amabo eſt Rachel hæc? hodiene gemens Iſis ex nece amati Oſiris, nunc pugnis pectora, nunc unguibus ora laniat? hodiene mæſta Tethys in clava Herculea cruentante Acheloo ſanguine, ungue rigente genas reſecat? hodiene ob ſupremæ horæ Numæa fila, Ægeria inconſolabile vulnus mente gerit? ſit ùt ſit, hic nec abathos buſtum Oſiris, nec ferrum Tyrintij Herois, nec fabulæ Peligni vatis; verùm, Leo Böëmus, quàm plurimis ſæculis,

(a) *Hor:*
(b) *Job.* 30. v. 31
(c) *Mat.* 2. v. 18.
(d) *Deu.* 28. v. 65
(e) Ezech. 23. v. 33.
(f) *Virg.*
(g) Pſ. 148. v. 9.
(h) Eccl. 15. v. 2

 *ungue*

(i) Virg. *Ungue valens, oculiſque minax, & viribus audax.* (i)
Anxiæ ſuadæ, pandit lacrymoſos in æthera uſque re-
ſonantes ſingultus noſtræ peramabilis Matris *Czechiæ*; hem!
(k) Eccl. 15 v. 2 prodigioſam metamorphoſim! *mater honorificata* (k) *ma-*
(l) Seneca. *ter gloriæ fæcundiſſima* (l) *mater per innumeros ſæculorum*
(m) S. Augſt. *curſus victoriarum domina*, (m) cui lætitia pro paludamen-
l. de civ. Dei. to, mens hilaris pro coronis, dulcedo pro ſceptris, frons
(n) Mich. 4. v. 9 ſerena pro galeis; *quare mærore contraheris* (n) - *in ærum-*
(o) Eccl. 5. v. 16 *na, atque triſtitia* (o) - *ſcandens, & flens nudis pedibus*
(p) 2 Reg. 15 v. 30 (p) *abſque ulla conſolatione* (q)? *audite obſecro univerſi*
(q) Iſa. 54. v. 11 *populi!* (r) lachrymæ gementis articulantur in voces: *Ra-*
(r) Thren. *chel plorat filios ſuos, & non vult conſolari, quia non ſunt,*
1. v. 18. (s) miremur paradoxum! ergóne nos genuinos matris fi-
(s) Mat. 2. v. 18 lios, vitæ metam noviſſimam exſolviſſe, credat minervâ
natus iniquâ Therſites? aut dum *vivimus, movemur, &*
(t) Act. 17. v. 28 *ſumus* (t) fors de numero: *qui erraverunt ab utero in cor,*
(u) Pſ. 57. v. 4 *de iniquitatem operantes*, (u) indigni matre glorioſa, in-
glorij filij nominandi erimus? ergò non ſumus? perbellè
pius Boanerges: *præter pauciſſimos quoſdam, qui mala fu-*
*giunt, quid eſt aliud pene omnis coitus Chriſtianorum quàm*
(x) Salvianus *ſentina vitiorum*? (x) ergò *non ſunt*? nos Czechiæ filij ſu-
l. 3. de prov. mus, quos Antonij, Macarij, Arſenij, Benedicti, Bruno-
nes, Jobi, Stilitæ; necquicquam Epicurus: *qui victu fru-*
*gali, & modeſto contentus, aquâ, & Polentâ, panéque hor-*
(y) Alex. ab. *deaceo victum quæſivit*, (y) vel Crates Thebanus, opibus
Alex l. 3. v. 11 clamitans: *mergam vos, nè mergar â vobis*, (z) heroinos
(z) Laer. Alia. aſſeclas ſupputant. Sapienter Carthagineus vates: *reg-*
*nante Simonia, dominante injuſtitia, imperante ſuperbia,*
*gubernante avaritia, præſidente gula, imperia tenente luxu-*
*ria, moderante invidia, regente omnigena malitia, teſta-*
*mentum Deihominis in golgotha cruce exaratum, cruore*
*firma-*



*firmatum, & lateris cicatrice ſigillatum paſſim ferè â Chri-* (a) S. Cypria-
*ſtianis conculcatur.* (a) Ergò *non ſunt?* fallitur nos autu- nus, Serm. de
mans, ubi non Paulos, non Jacobonos, non Odilones, Paſ. Dom.
non Siviardos, non Salvios, non Vedaſtos, ſed Oreſtes, Py-
lades, Achilles, Patroclos, Queſiſtes, Reſuſtenes, noſtros
cenſeri Toparchas, rubore ſuffunditur vultus. Sonum
tubæ ſacræ dixerim: *Evangelia legunt, & impudici ſunt,*
*Apoſtolos audiunt, & inebriantur, Chriſtum ſequuntur, & ra-* (b) Salvianus
*piunt, improbè vivunt, & probi eſſe volunt.* (b) ergò *non* l. 4.
*ſunt*? nos vera proles Czechiæ ſumus, apage mihi ne-
fandam Cſæariem! *â Nicephoro Theodoſi noli expectare præ-* (c) Baron
*ter ea quæ vidiſti.* (c) Præſens Czechûm ſoboles, ſtemma- a. 811.
tum nobilitate, divitiarum opulentiâ, bellorum dexteri-
tate, victoriarum trophæis Alcibiadi non impar, impar *quòd*
*ille plenus vitijs, ùt neſcias utrùm virtute, àn malitia ſit in-*
*ſignior?* Naſonis pullus:

- - - - - *Video maliora, probóque* (d) Ovid.
*Deteriora ſequor.* (d) (e) Mat. 2. v. 18

Feret non crediderim, *ploratu, & ululatu multo* (e)
ſibi triſti carmine modulari, *quia non ſunt.* Errorem
fateor AA. OO. gerens ſaucio corde tela, non *Noëma* ſed (f) Gen. 29.
*Mara, quia amaritudine repleta* (f) Mater *Czechia* accuſat v. 17.
momentum vitæ, cauſatur tempus volubile, incuſat du-
ram quietem libitinæ. *Reſpicite* (ait) *& levate capita ve-* (g) Luc. 21. v.
*ſtra!* (g) - - *attendite, & videte!* exulabit pietas, pro- 28.
ſcribetur religio, profligabitur juſtitia, lapidabitur humi-
litas, relegabitur miſericordia, exturbabitur charitas, vir- (h) S. Anton.
tus omnis eradicabitur, *mortuis meis dilectis filijs* (h) Con-
radô ab Auſtria & JOANNE militio; illi, illi, *in lucrum* (i) Hugo Car.
*animarum zeló Apoſtolicò zelantes* (i) *non ſunt*, illi, illi *in* (k) Luc. 1. v. 17
*ſpiritu & virtute Eliæ* (k) quaſi tubâ exaltando adaman-

 tinam

tinam harpen, prageni Ægipti Moyſes, & Aaron, na-
neſcentem virtutum cunctarum cælicam ſocietatem, im-
plantârunt, irrigârunt, ſolidârunt, corroborârunt; & jam
*non ſunt*, hoc eſt *principium doloris mei* (l) hic eſt, *con-*
*tinuus dolor cordi meo*, (m) ex hoc *renuit conſolari anima*
*mea* (n) ſuper hoc *plangam & ululabo* (o) *abſque ulla con-*
*ſolatione.* (p) Aſt macte animis! gemebunda Evadne! *con-*
*ſolare & triſtitiam longè repelle à te.* (q) vis Labdacum,
contrà pragenas Thebas irruentibus hoſtium acervis,
victoriarum emporium? ſuſpice! jam cæli ſub auras pro-
dijt novus pugil, væ tibi gehennalis tenebrio! *morſus tuus*
*ero inferne!* (r) cupis Diogenem ſinopeum? omnis ſce-
leris effrenes, ſinè fuco, ſinè felle, ſinè voce byſſina ful-
minantem? en!

*Centum oratores auguſta ad mœnia regis* (s)

Excellens Apoſtolus, roſtra petit, *qui dedit vocem ſuam*
*& mota eſt terra.* (t) Quæris Romulidum Syllam, Mario
infernali ſcillam, Patriæ ſuave jugum agentem? *ecce*
*duo gladij hic.* (u) Zelus animæ, fulmen eloquij, ambos
ſtringens ſtrategus hic: *jure bellantium, atque victorum,*
*loquetur pacem in plebem ſuam.* (y)

Atqui ego, quouſqne aberro? A A. O O.? exurentem
rorem gementis matris *Czechiæ*, te veneror indigetum ſa-
cerrime, Doctor, Virgo, Martyr, Propheta, Thauma-
turge (z) Dive *JOANNES NEPOMUCENE.* te veneror,
*magnô Cæli donô conceſſum nobis veritatis oraculum* (a) te
veneror, *lumen oculorum noſtrorum* (b) ad cujus ortum,
*exortum eſt lumen rectis, Czechiæ.* (c) te veneror, *in doctri*
*na Apoſtolorum* (d) *facundum Böemiæ Apoſtolum.* Te ve-
neror ſectatorem Apoſtolici dogmatis: *prædica verbum, in-*
*ſta, oportunè*, ſui Auditor, *importunè argue, obſecra*, non
Thais,

(l) Gen. 49. v. 3.
(m) Rom. 9. v. 2.
(n) Pſ. 76. v. 3.
(o) Mich. 1. v. 8.
(p) Ecci. 40. v. 24.
(q) Oſe. 13. v. 14.
(r) Iſa. 6. v. 7.
(s) Virg.
(t) Pſ. 45. v. 7.
(u) Luc. 22. v. 38.
(x) Jud. 21. v. 22.
(y) Pſ. 84. v. 9.
(z) in V. S. Joan Balb. conſ. in Boëm S. c. 4. 6. 7.
(a) S. Bonav.
(b) Tob. 10. v. 4.
(c) Iſa. 8. v. 9.
(d) Act. 2. v. 42.



Thais; ſed Teiræ filijs, *increpa, in omni patientia, &*
*doctrina* (e) *Czechiæ Buſiridi*, trina voce, fine unico, ſervan-
dæ verrendæ, levigandæqve *drachmæ*, quæ DEI ecty-
pon. Huc aures! jam, jam loquitur, *vocatus Apoſtolus* (f)
*Boëmiæ Joannes!* cujus eloquij pondere: *cadit vitium,*
*ſtat virtus, tremit erebus, ſtygius draco fugit, cælum ap-*
*plaudit.* (g)

Tu itáque Zelantiſſime *Apoſtole intende voci orationis*
*meæ!* (h) vos verò A A. OO. qui audire adeſtis, non me
oratorem, quia ubertate Joanneæ Suadæ, *defecit ſpiritus*
*meus*, (i) - - *Veſtrum autem Apoſtolum* (k) *facto in ſe ſpi-*
*ritu DEI*, (l) perorantem audite, & favete.

VIrtutum deliquiô, eloquiô parentũ, tandem carpe vita-
les auras Joannes! exorere *ſuper nos lumen vultus tui!*
(m) quod - - - - *exangues terreat umbas* (n) &
*conſumetur nequitia peccatorum.* (o) contere in abortum,
*omnes qui operantur iniquitatem* (p) *in ſplendore ortus tui.*
(q) *emitte lucem tuam* (r) ſidus ſereniſſimum! ſerpen-
tes in umbris coſmopolitæ *convertantur à tenebris ad lu-*
*cem!* (s) ſilentia rumpe *facunde Apoſtole! diſrumpetur*
*ſpiritus Ægipti, areſcet, & non erit* (t) Pande legis ora-
cula Prædicator, & Apoſtole! *iniqitas contrahet os ſuum.* (u)
exauditũ. Attende de cælis prodigia, *Czechia* Regnorũ feli-
ciſſima! *ne pereant ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras!*
(x) parturientis Joannea Betlehem, *tota nocte in illumi-*
*natione ignis.* (y) (A)

*Luminibus flammæ arrectis* - - - - (A)
- - - - *Claráque in luce refulſit.* (z)

Virens collis ad *Nepomuc*, Felix Patria! pallet, *ſtupefactus*
*eſt, & expaverunt* (a) *qui ante lucem vigilaverunt.* (b)
fulmen Iſraël rati: *mittam ignem in civitatem ejus.* (c)

(f) Rom. 1. v. 1.
(g) S. Hiero. ad priſ.
(h) Pſ. 5. v. 3.
(i) Pſ. 76. v. 4.
(k) Phil. 2. v. 25.
(l) 2. Par. 15. v. 1.
(m) Pſ. 4. v. 7.
(n) Virg.
(o) Pſ. 7. v. 10.
(p) Pſ. 5. v. 7.
(q) Iſa. 6. v. 3.
(r) Pſ. 42. v. 3.
(s) Act. 26. v. 18.
(t) Iſa. 19. v. 3.
(u) 2. Tim. 2. v. 7.
(x) Job. 5. v. 16.
(y) Iſa. 5. v. 20. in vita c. 2.
(z) Virg.
(a) Manig. v. 14.
(b) Mat. 21. v. 27.
(c) Oſe. 8. v. 14.

*Nunc huc, nunc illuc, & utroque ſinè ordine curſu*
*Feſtinant gelidis, reſtinguere fontibus ignes.* (d)

Sed enim ! *nolite expaveſcere!* (e) illabente flamma ad ortum Pici, Laurentum, Aſſaracum ſerenante igneo ſidere, Troja, flammis innaſcente Diomode, Ætolia.

*Gaudia percepit, natô ſecura receptô.* (f)

Suſpiciamus! non eſt hic, *ignis devorans, atque conſumens, qui conterat, & deleat.* (g) Naſcitur miſſiles gracileſcens in ignes, lapſis cælô flammis *Joannes*, futurus, *vox Domini inter flammam ignis*, (h) *facundus Apoſtolus prædicat verbum* Verbiparæ (h) Virgini votô parentante, ſic virtutum innocentia vaticinatur verbô. Laudatur dudum flammeis genis præco Moyſes: *cui apparuit Dominus in flamma ignis* (i) Argumenta dat encomio,

\- - - *Medijs fervoribus acrior inſtans.*

*Elias Propheta, quaſi ignis.* (l) In gratias ſolvitur Sion, portentum! *deſcendit Dominus ſuper eum in igne.* (m) Quid *Joannes? ante divina poſſidere meruit, dum vix ſortiretur humana.* (n) Ità, ita, *clarificat lumen cæli, futurum lumen Innocentiæ!* (o) mihi *facundum Apoſtolum* prædicante verbo, quod *lux hominum.* (p) Stent inconcuſſa Suſannæ præcordia, martis filius mucrone accinctus legarur Petrus, canat ſanctitati claſſicum, *mulier in civitate peccatrix*, (q) *Joannes* audet, & audit *Apoſtolus Boëmiæ*, miſſus præſentiâ Domini *in lumine Majeſtatis ſuæ*, (r) dum verbô innocentiæ, innocentiſſimum ſe illuminans, *prædicat verbum*; minimè minimus ab his: *Qui facit Angelos ſuos ſpiritus, & Miniſtros ſuos flammam ignis.* (s) Cur ambigas? *non privabit bonis eos, qui ambulant in innocentia.* (t) Hoc ſilentij Clauſtrum *prædicat verbum.*

*Ante ætatem nequit creſcere virtus.* (u)

Canit Lælius, quia:

*Fertilis æſtiva, nilus abundat aquâ.* (x)

Ve-

(d) Bel.
(e) Mar 16. v. 6 Prædica verbum
(f) Ovid.
(g) DEV. 9. v. 4.
(h) pſ. 28. v. 7.
In. Vita. (A) ex voto ad B. V. natus.
(l) exod 3. v. 2.
(o) Virg.
(L) Ecci. 48. v. 1.
(m) exod. 16. v. 18.
(n) S Chriſ ſer. 89.
(o S. Petrus. dam. hic.
(p) Ioan. 1. v. 6.
(q) luc. 7. v. 37.
(r) Bar. 5. v 6
(s Heb. 1. v 7.
(t) Ps. 83. v. 13.
(u) Læl.
(x) Mart.



Verùm enim verò, conticeſce! *Joannes* in ipſo ætatis vere, (a) *incruentum ſacrificium litantibus* (y) *ad faciendum opus miniſterij* (z) *fidelis miniſter.* (a) *Mobilis ſemper, inceſſabilis ſemper, fervidus ſemper*, (b) prima ætatis luce, factus: *Spectaculum Deo; Angelis, & hominibus.* (c)

\- - *Aris ſervire ſacris* - - -
*Auxiliatricem clementi numine dextram.* (d)

Participans, tenella ætate virtuti adultus, *fons parvus crevit in fluvium.* (e) Quid multis? *neſcit tarda molimina Spiritus Sancti gratia.* (f) Demus ætati lacteæ: *neſcit quoeat*, (g) noſter inſirmæ ætatis pupulus, & favum Bernardeæ apis, & lac virgineum, & ciſtercias lymphas *biberat abundanter* (h) *creſcens de virtute in virtutem* (i) aquilinâ ſanè pennâ, *amoris ejus inquietudò eſt.* (k) Agite A A. O O. *facundus Apoſtolus*, ùt ùt puellus, *inſtat* volvere Patrum Protrepticon, proh! pudor adultis! *virtutis incrementum petit ſancta Eccleſia, cum orat, da nobis fidei, & charitatis augmentum.* (l) Hoc Magiſterium in puero! Lacrymæ Julij ad ſimulacra Pellæi Herois, pectus imperterritum, nulla dies ſinè linea, Pictorum Principi, pignus ſolertiæ, currens Abraham, accelerans Sara, feſtinans puer, ad encæniandos cæli genios, ſcenam comitatis portendat, & gloriam; inexhauſtum omnipotentiæ portentum eſt, *in Apoſtolo* noſtro plus minus ſeptenni, innocentiam Abel, obedientiam Iſaac timorem Jacob, puritatem Joſeph, fervorem Eſajæ, Zelum Eliæ, pietatem Daniel, diu, noctúque *inſtanter* quærente, revera: *Fructifera medulla cedri, crevit in vineam latiorem, fructificavit in palmites* (m) dum *procedit creſcere in virtutibus.* (n) Diſputa ſpectator! aliámne an cæli ſemper in motu circulari, *inſtans, Joannes* naturam induerit? adeò in puero: *virtus*

*ùt*

(y) S. Ambr. ſup. Joan.
(z) Par. 9. v. 13.
(a) S. Dioniſ.
(b) 1. Cor 4. v 9
(c) Iſa. 2. v. 7.
(d) Tibul.
(e) Eſth. 11. v. 10.
(f) S Ambro.
(g) 1. Joan. 2. v. 11.
(h) Eſth. 5 v. 6
(i) S. Lauren. Juſtinian. h.
(k) Idiota in contem.
(l) Conc. Trid. Seſ. 6.
V. Prop. hic
Gen. 18. v. 7.
(m) Ezech. 17. v. 6.
(n) 1. Mach. 9. v. 69.

*ùt perficiatur naſcitur, cùm fuerit nutrita roboratur, cum fuerit roborata perficitur,* ( o ) crediderim ſic *inſtanti Apoſtolo.*

*Beatitates influunt cunctæ inſinum.* (p)

Aſt, ubi gentium ſumus? *Malleus Herodis, in carne Angelus, vox clamantis,* ubi? ( q ) in deſerto; *facundus Apoſtolus Boëmiæ Joannes,* ubi? *tempore oportuno - oportunè* ( r ) antrum petit, in ſe ipſum recedens, (A) ſolus ſoli vacaturus Numini, *factus eſt ſol niger tanquam ſaccus cilicinus.* (s) Putas? nè mundi levi flatu, *fiat lampas contempta?* (t) cenſes? nè *areola aromatum - & flos campi* (u) tactu fallaci ſit *decidens & arens;* (x) exiſtimas? nè *Balſamum aromatizans* intectum perdat *odorem ſuavitatis?* (y) aut fors?

*- - - - - - Solæ*
*ùt pugnet virtus ſimpliciore manu?* (z)

Hæc vilis argillæ, non herois! taciturnus Zacharias *ad faciendas rectas ſemitas* Domini, nomen imponit *gratiæ,* (a) *facundus Apoſtolus* noſter, intuens *accepiſſe ſe tempus oportunum* (b) ad inveniendam *gratiam in auxilio oportuno.* (c)

*Procul in ſola ſacratæ trojades acta.* (d)

*Meditatus eſt in ſpiritu ſuo - (e) occulta ſapientiæ* (f) pugil ſtrenuus de his, qui ſtant *in locis oportunis contra aciem* ( g ) gehennalis Nicanoris.

*Et bellare manu, & chelydris cantare ſoporem.* (h)

Colat Adelhardus Cordejam, auxentius oxeam, Attala bobium, Abraham, Tæniam, Amandus Ogiam, Armogaſtes Bizantium! *Joannes* in ſui ipſius antro *diligenter contemplatus,* (i) ac vigilans in Almachio, ſanciens in Bonito, jejunans in Eucherio, ſcrutans in Fructuoſo, gemens

(o) S. Auguſt. Tract. iui. Ep. Joann.
(p) Jamb.
S. Gregor. de S Joan.
(q) Oportunè
(r) Act. 24. v. 25.
(s) Apoc. 6. v. 13.
(A) in Vita.
(t) Job. 12 v. 5
(u) Cant. 5. v. 13.
(x) Jer. 50. v. 12.
(y) Ecci. 24. v. 20.
(z) Mart.
(a) Luc. 1. v. 20.
(b) 2. Mach. 4. v. 32.
(c) Heb 4 v. 16.
(d) Virg.
(e) Iſa. 27. v. 8.
(f) Jer. o. v. 9.
(g) 2. Mach. 24. v. 22.
(h) Sal. V. ab Corbaj & Pa. Ratb.
(i) Iſa. 21. v. 7.



mens in Guarino, decernens in Ildephonſo, exercens in Lupicino, meditans in Melanio, *prædicat, facundus præco oportunè* - ( k ) *occulta proverbiorum in abſconditis,* ( l ) *& conſpectu Altiſſimi - ſermone oportuno* ( m ) *tanquàm, optima ſemita, vitæ, ut declinet de inferno noviſſimo.* ( n ) O! artem altiſſimam! verus Zeuxis æmulus, *Turbæ magnæ, quam dinumerare nemo poterat* ( o ) antro pectoris adumbrans effigiem! ex tunc væ tibi Stygie draco! *qui prædaris - in malitia, & doloſitate!* ( p ) Curius Pyrhum, Gelon Siciliam Mutius Porſennam, Orodes Caſſum, Phorcys Scyronium, depopulatur, evertit, devincit, exuperat, expilat, ſilentiô; *oportunè* antro cordis ſui prædicante Joanne, *tempus eſt, & oportunitas* ( q ) in qua *omnis tua aſtutia ad circumventionem* ( r ) *erit in conculcationem.* ( s ) Ad palmas Spectatores! *terra ſæpè venientem ſuper ſe imbrem, & generans berbam oportunam, illis, à quibus colitur, accipit Benedictionem.* ( t ) Nonnè? hìc væ! hìc triumphi!

AA. OO. hactenus prædicantem *facundum Apoſtolum* verbô verbi, *inſtanter, & oportunè,* ùt ſui Auditorem, audiviſtis, ex nunc, ùt *ovis quæ perierat.* ( u )

*Vitia, atque errores exuat omnes.* ( x )

Ruptis ſilentijs antri in Teinenſi cathedra, *importunè* in hos: *qui in via Cain abierunt* ( y ) *fulminantem, - qui habet aures audiendi audiat* ( z ) autumat Conradiſta fulmen eſſe Militium ( A ) *in ſpiritu ſervientes.* ( a ) Adhocce rubet *Joannes,* procuſten ratus: *paſci oleo David, & confundere unctum Domini:* ( b ) natura rapax!

*Torva, leæna lupum ſequitur, lupus ipſe capellam.* ( c )

Commune bellum! *caro adverſus ſpiritum, & ſpiritus adverſus carnem* ( d ) at *ſpiritus adverſus ſpiritum* innatum

(k) Eſa. 39. v. 3
(l) Am. 2. v. 7.
(m) Prov. 15. v. 23.
(n) Apoc. 7. v. 9
(o) Iſa. 33. v. 1.
(p) Ecci. 37. v. 3
(q) Ecci. 8. v. 7.
(r) Eph 4. v. 14
(s) Iſa. 5. v. 5.
(t) Heb. 6. v. 7.
Importunè Argue.
(u) Luc. 15. v. 4
(x) Juven.
(y) Ep. Jud. v. 11.
(z) Matt. 13. v. 43.
(a) S. Auguſ. de Dig. Sacer.
(b) Zoil. ax.
(A) non concionatur contra Religioſos, ùt anteceſſores. in V.
(c) Virg.
(d) Gal. 5 v. 17.

tū *ſpiritibus malignis.* (e) *Czechiæ* Protheus *factus omnibus omnia* (f) *quieti & modeſti Spiritus* , (g) ſpectans blaſphemari virtutes, proſtitui Sanctuaria, renaſci vitia, Deum calcari, delubra ſectari, *in ſpiritu vehementi* (h) *quærit ſalvum facere quod perierat.* (i) Theſeus Herculem nullatenus expreſſiſſet, nî leoninis exuvijs ſe veſtîſſet, etiam *Joannes* dum (arguit in Samuele induratos Saules, dum corrigit in Nathan adulteros Davides, dum objurgat in Daniele ſacrilegos Baltazares, dum reprehendit in Elia crudeles Achabos, dum incuſat in Elizæo ſuperbas Jezabeles, dum corripit in Iſaia ſibariticos Achaz, dum exhortatur in Jeremia obſtinatos Sedecias, nequaquam Magiſtri Magiſtrorum *Apoſtolus* audiri vult, niſi *ſecundùm eundem ſpiritum* (k) peccatores, *qui congregati ſunt in duritia* (l) *importunè arguat: vos ex patre diabolo eſtis.* Stupent Leones Vetero-Prageni *Joannem*, *tanquam Angelum fortem*, *cujus Facies ut Sol*, (m) lætare Czechia! *in hujus ortu omnes tenebræ* peccatorum *abſconditæ ſunt!* (n) *pedes ejus tanquam columnæ ignis*, Andabatea Soboles!

*Parcere ſubjectis, & debellare ſuperbos.* (o)

Fugientibus Ægyptum *per diem in columna nubis*, *per noctem in columna ignis* (p) *& cum clamâſſet locuta ſunt ſeptem tonitrua.* Hic væ! hic triumphi! *manibus, pedibúsq; reptans Jonathas* vibrat enſem in Philiſthæos, *& ecce multitudo proſtrata, huc, illûcque diffugiens!* (q) ſtringit enſem *facundus Apoſtolus* nempe (*importunè arguens*) *gladium ſpiritûs, quod eſt verbum* DEI: (r) & ecce, licèt ſit,

*- - - - - - ardua virtus*

*- - - Duris parere lupatis.* (ſ)

Hinc parricidæ Cain, & laſciva Babel, illinc vinolenti Loth, & immundi Sodomitæ, iſthinc furentes Pharaones

(e) Luc. 8. v. 2.
(f) Act. 13. v. 22
(g) 1. Pet. 3. v. 4.
(h) Pſ. 47. v. 8
(i) Joan. 9. v. 7
(k) 1. Cor. 12. v. 8
(l) Evi. 16. v. 11.
(m) Apoc. 10. v. 1.
(n) Job. 20. v. 16.
(o) Virg.
(p) Exod. 13. v. 21
(q) 1 Reg. 14. v 13.
(r) Eph. 6. v. 17.
(ſ) Virg.



nes, & prædones Achan, huc avari Nabal, & elati Amanes, illuc effrenes Dalilæ, impiæ Jezabeles; ac *omnis gens impia & peccatrix* (t) *lapides grandes in ira, in conſumptionem* (u) cadunt proſtrati; O! caſum ſanctum! cadunt ad pedes horum, *queis datæ ſunt claves regni cælorum.* (x) hoc tuum eſt væ Philiſtæe Draco! pœnitens *Czechiæ* Nive, *induitur ſaccis à majore uſque ad minorem.* (y) *Importunè arguente Apoſtolo facundo* (A) demolitur proſtibula, repellit pellices, relegat vitia, maritatur virtutibus. Io! triumphe! Joannea importunitas!

*Tempora phebæa lauro cingentur Ioque!*

*- - - Magna voce triumphe canet* (z)

Importunum argue! argumentum parit augurij, zelando zelum DEI. (a) Joannes,

*Inde petes arcem - - - - -*

*- - Et dabitur merito laurea -* (b)

Eris, eris non jam gementi, ſed *plenæ poſt luctum conſolatione Czechiæ* (c) *corona gloriæ, & ſertum exultationis.* (d)

E*T factum eſt ità* (e) AA, OO. *Divinatio, & auguria* nuſquam *vana* (f) *Semper fidele Capitulum*, *Joannem* (licèt renitentem O! raram avim!) Collegam ſuum eligit, ùt *ſit lucerna ſplendens ſuper Candelabrum ſanctum* (g) Sanctæ Eccleſiæ. Aſcende tandem Cathedram laureate Apoſtole Canoniæ humerô, (h) altior cum Saule, cape laurum, prædica verbum! quid *Joannes?* (A)

*- - - - - Fulminis ocyor alis.* (i)

*In Cathedra Moyſis*, & *lege Domini quam dederat in manu Moyſi ſervi ſui*, (k) *nè iniquitatis rei moriantur*, (l) - *in exemplum omni populo*, (m) *abſque ulla iniqui-*



(t) Ezech. 13. v. 13.
(u) Abd. 2.
(x) Mat. 16. v. 19.
(y) Jonã 3. v. 5
(A) In Vita.
(z) Ovid. Triſ. 4.
(a) Mach 2. v. 54.
(b) Ovid. Ibidem.
(c) Gen. 38. v. 15.
(d) Iſa. 28. v. 5
(g Gen. 1. v. 4
(f) Eccl. 34.
(g) Eccl. 26. v. 22.
(h) 1. Reg. v. 17. Obſecra.
(i) Virg.
(A Fit. Canonicus in caſtro S. Viti in vit
(k) Mat. 23. v. 4.
(l) 2. Eſd. 10. v. 20.

quitate (n) *nigram per culpam formoſam per pœnitentiam,* (o) *in ovile ouium* (p) *errantem ovem redire obſecrat,* (q) hoc ſuum thema, hoc virtutis thauma; *jucundius gaudium DEo inveniſſe perdita, quàm non perdidiſſe ſervata.* (r) laceſſens quinariam *coronam ſuperbiæ ad Gabaon Czechus* Joſue. (s) mactè nova virtute *facunde Apoſtole!* audite auditionem! (t) *Obſecrat* Ansbertus, duros filios Sarviæ, *auferte malum duritiæ veſtræ*, nè feriat vos DEus *gladiô ſuô durô* (u) *in judicium duriſſimum.* (x) Et hoc *obſecrat Joannes*, fortiſſimus Atlas, Czechiæ filios portans *omnes in corde ſuo.* (y) *Obſecrat* Baſilius Antiochos *abutentes Domini gratiâ abſque metu*, (z) *qui ſinè timore eſt non poterit juſtificari;* (a) Et hoc *obſecrat Joannes cum omni diligentia* (b) Arcis Pragenæ Argus, *Paſtor bonus.* (c) Obſecrat Polycrates, Clemens Ancyranus: *lutô cæcus linitur, ùt lutum videns, videat mundum luteum,* (d) *qui arridet ùt ſæviat, blanditur ùt fallat, illicit, ùt occidat.* (e) Et hoc *obſecrat Joannes*, excitans rugitu leo, & *lacrymis* (alter Paulus) *monens unumquemque.* (f) Obſecrat Ludgerus encœniantes epulones: *vina, epulæ, comeſſationes & tripudia, laqueus gehennæ,* (g) ſunt *lata porta, & ſpatioſa via quæ ducit ad perditionem.* (h) Et hoc *obſecrat Joannes, vas electionis - qui omnium ſe ſervum fecit.* (i) Obſecrat Maurus Ceſennas, ſuperbos Nabuſchodonoſores, qua *initium omnis peccati* (k) *ſemen Abrahæ in ſtellis, & pulvere ſpondet DEus,* Paleſtra cæli! *ad ſtellas evehendos qui ſe abjiciunt ſicut pulvis.* (l) Et hoc *obſecrat Joannes, aquila magnarum alarum,* (m) pullos *Czechiæ portans verbô virtutis* (n) ad illum *cujus reſplenduit facies ſicut ſol.* (o)

Quid ultra?

*(m) Exod. 28. v. 43.*
*(n) Jer. 9. v. 5.*
*(o) Mat. 13. v. 9*
*(p) Corn. Sup. Cant. c. 1. v. 4*
*(q) S. Joannes. Chryſoſt.*
*(r) S. Petrus Chryſoſt. Ser. 146.*
*(s) Joſu. 5. v 7.*
*(t Job. 37. v. 2*
*(u) Iſa. 27. v. 1.*
*(x) 2. Par. 31. v. 21.*
*(y) 1. Reg. 29.*
*(z) Eccl. 1. v. 28*
*(a) Act. 5. v. 23*
*(b) Iſa 7. v 13.*
*(c) Luc. 13. v. 9.*
*(d) S. Bern. in Joann.*
*(e) S. Hieron.*
*(f) Rom. 4. v. 6*
*(g) S. Auguſt. de D. C.*
*(h) Matt. 7. 4. 13.*
*(i) 1. Cor. 9.*
*(k) Eai. 20. v. 19.*
*(l) Hugo Card. ſuper Gen. c. 15*
*(m) Apoc. 1. v. 9*

*Redeunt*



- - - - *Redeunt iterum ſpectanda*

*Dicta Patris.* (p)

Non me fallit *quinquennalis Agon Vitij* (q) & incrementum virtutum *tarſenſe obſecra!* Moderatorem Veſtalem, Rectorem Regij pectoris format, & evehit Joannem. (A)

SEd quis lacrymabilis *ploratus, & ululatus* obſtrepit? (r) *ſileamus pauliſper!* (s) audire mihi videor, *amarum planctum lugentium.* (t) audîn *Joannes?* tuum *facundum obſecra* parturit (ni fallor) pænitentes, *cum clamore valido, & lacrymis?* (u) erravi. Heu! aſpectu horribile, Auguſtale mutatur in deglubium! Regia in carnificinam, diadema Cæſaris madet humano ſanguine! proh Scelus! *crudele Regis dogma!* (A)

*Sevior eſt triſti Buſiride ſavior illo*
*Qui falſum lento torruit igne bovem.* (x)

Cæſar Boëmus Naſamon, coquum pro capo veru torret: *admiremini, & obſtupeſcite!* (y) *facinus plenum abominatione.* (z) huc ſpumoſi gurgitis æſtus, *abſorbeatur in æternum, propter iniquitatem ſuam* (a) *Czechiæ* Amphiaraus! huc trifidi fragores Jovis! *conteratur - per vim fulminum* (b) leænans pectus Enceladi! huc Orontea cohors! *affigatur mille crucibus* (c) *dignas pœnas excipiens* truculentior evris Polycrates! *hæc ex multitudine doloris* (e) ſuada compatiens. Heus! *facunde Apoſtole quid dicis? ſuper hunc fremitum leonis? ſtabis* fortaſſe *in ſtupore mentis* Chemius *non aperiens os ſuum?* (f) aut, *tremefactus horrore nimio* Prochytes premens latebras? (g) aut *grande malum, bonum & optimum* (h) mellita voce argutus Arethuſan, delinies? *digere vinum, quo mades* (i) temulente Theſpis! *audite verba, attendite fulgura, & voces*

*(n) Heb. 1. v. 3.*
*(o) Mat 17. v. 2*
*(p V. Bel.*
*(q) 2. Mach. 4. v. 18.*
*(A) Fit Confeſ. Joannæ & monialium ad S. Geor. à Conſil. in Vit.*
*In crepa.*
*(r) Ier. 3. v. 21.*
*(s) Deu. 34 v. 8*
*(t) Jer. 9. v. 11.*
*(u) Heb. 5. v. 7*
*(x) Ovid.*
*(y) Hab. 1. v. 5.*
*(z) Ezech. 4. v. 9.*
*(a) 2. Cor. 5. v. 4.*
*(b) Job. 24. a. 20.*
*(c) S. Auguſt. in Joann.*
*(d) Jud. v. 6.*
*(A) Wenceslaus curat cocum aſſari. in Vit.*
*(e) Reg. 2 v 16.*
*(f) Prov. 29. v. 2.*
*(g) Pſ. 38. v. 10.*
*(h) Act. 24. v. 25.*



*ces*

*ces - ab increpatione* facundi Apoſtoli*!* (k) *Joannes dignus aperire librum - mandatorum Domini* (l) *in fortitudine Spiritûs DEi,* (m) ( hìc florebit Tarſenſe *increpa*) coronatæ belluæ *increpationem in opera iniquitatis* (n) interjicit *Czechus Caliſthenes,* vereor ne luat pari pæna! ſiccine Cæſar (*cæpit increpare illum*) (o) *auditor obliviosus factus* (p) *oblitus es Domini factoris tui* (q) ſimillimus *opus execrabile agentibus* (r) *quod nulla delebit oblivio?* (s) exiſtimas me *in revelatione myſterij - altiſſimæ Cancellariæ DEI* (t) (u) fædifragus *portæ domûs Domini* (x) & nunc *illius, qui Dominus eſt vitæ, & necis,* (y) *in Sceptra ſubvertentem* (z) fore Tarteſſem? revolve (*ſi ſapis quæ DEI ſunt.* (a)) Interminans Numen, *ſinè excuſatione interitum* (b) *per multitudinem beſtiarum,* (c) *exercentibus tyrannidem!* (d) Stupet Singedo Licinium, Sardinia Antonium, Infelix Czechia! horret Lingonium Quadratum, Hierapolis Marzabanam, Proh ſcyllas voraces! miratur Galatia Domicianum, Cæſarea Cambricium leænantes orbis tigres, & ſub vomere furente, Czechi *turbabuntur timore horribili* (e) rigentes *animos crudeles Tyranni in te, qui ſinè aculeo ſit oportet.* (f) Diadema Saul, ſceptra Roboam, gloria Achab, imperium Manaſſes, Regnum Manahen, *in anathema oblivionis* (g) preſſum, clade *tyrannidis.* (h) Par pænæ radix (triſte augurium!) tua hæc *execrabilis iniquitas.* (i) nî convertaris.

*Tænarias etiam fauces, alta oſtia ditis.* (k)

Æternùm experturus, O! *Facundum Apoſtolum!* O! Hyblæo nectare fluens *increpa! Joannes! tu es ſpes mea,* (l) *via vitæ* erit hæc *increpatio diſciplinæ!* (m)

Fallor AA. OO. *non eſt Moab lebes ſpei meæ.* (n)

- - - *Et mala radices altius arbor agit.*

Gorgo-

(i) Reg. 1. v. 14
(k) 2. Reg. 22. v. 16.
(l) Apoc. 5. v. 2.
(m) Iſa. 11. v. 5.
(n) Dev. 28. v. 20
(o) Mat. 16. v. 22
(p) Jac. 1. v. 25.
(q) Iſa. 51. v. 6.
(r) Dev 31. v 21
(s) Ecci. 22. v. 21.
(t) S. Ambroſ.
(u) S. Cypr.
(x) Czech. 11. v. 6.
(y) S. Leo in M.
(z) idem ibi
(a) Mar. 8. v. 33.
(b) Sap. 16. v. 4
(c Bar. 4 v. 9.
(d) Sap. 15. v. 5.
(e) Sap. 5. v. 2.
(f) 2. Mach. 4. v 25.
(g) Dev. 31. v. 21.
(h) 3. Reg. 16. v. 10.
(i) Ecci. 10. v. 27.
(k) Virg.



Gorgonea mens pigri! *ferociter & barbarè* (p) ſceptris ſtertentem, & *Auguſti pectoris Sacramentale ſilentium,* (q) effringere molientem, *increpans* Calyſthenes *corrugata facie in fulmina* (r) reperit Pellæum, *crudelem Tyrannum.* (s) Huc advola *compater.* (t) Infremit Rex Sybariticus, Lora, Chordas, Ahena, Glebas Æneas, Flagella, Faces, Cæſtus, flammas *vade, & congrega!* (u) *pereat cum tormentis, & verberibus,* (x) temerarius Cratippus! cedat *in exuſtionem ignis* (y) protervus Abderites! *videat exterminium omne* (z) impudens Dion! *in ira flammæ devoretur* (a) inſolens Evripides! ſic convitiatô facundô *Aratô,* ferox Elpenor jubet *flagellis cædi, & torqueri* (b) Zelantiſſimum *Apoſtolum in innocentia cordis,* (c) paratum *animam ſuam dare pro ovibus ſuis. Nolite annuntiare in geth neque annuntietis in compitis Aſcalonis,* (d) *congregatio taurorum* (e) *in innocentiam involat.* (f) (A) Eja! Auguſta Hypſipyle *accelera ùt eruas* dilectum Thoantem nè *flagellum inundans operiat eum!* (g) Adeſte Theſſeidæ *Czechiæ! traditum in mortem facundum Socratem faucibus Leonum* (h) eripite! Huc fideles Samij! jam, jam efferi Cercopes *funes extenderunt in laqueum.* (i) Jam jam *vox flagelli & vox impetus* (k) in æthera reſonat, jam, jam *igne & ſulphure* (l) crematur innocentia Meliſſæi, jam, jam *congregati ſunt milvi,* (m) ſupra *virtutem ignis* (n) fortiorem Athletam depontaturi! En! jam, jam.

*Tortorum manibus ſævis, immergitur undis. Sil.* (A)

*Velociter accurrentes* (o) *ſervate vitam ejus, qui vos pabulô vitæ æternæ nutriebat!* (p) error peſſimus ſuada! *jubila Iſraël, lætare & exulta in Cymbalis jubilationis!* (q) Amphianus Pagi, Theodulus Theſſalonicæ, Calliopus Pergæ, Bademus Batlapat, Antipas Romæ, Saba Gothiæ, Juſtinus

(l) Pſ. 141. v. 6.
(m) Prov. 6. v. 23.
(n) Pſ. 107. v. 10
In cizni patientia.
(o) Ovid.
(p) Mach. 15. v. 2.
(q) 2 Mat. 7. v. 27.
(r) S. Hila. in l.
(s) in Vit.
(t) ſic vocabat Wincesl. carnificem.
(u) Exod. 3. v. 16.
(A) 2 Mach. 7. v. 26.
(y) Iſa. 64. v. 11
(z) 1. Mach. 7. v. 7.
(a) Ecci. 36. v. 11.
(b) Act. 22. v. 24.
(c) Pſ. 77. v. 72
(d) Joann. 10 v. 11.
(e) Pſ. 67. v. 31.
(f) S Tho. Villa.
(g) Iſa. 28. v. 18
(h) Ezech. 31. v. 5.

nus Neapolis flaviæ, Carpus Pergami magnum decus!
*ecce gaudium & lætitia* (r) plus audeo, gloria altiſſima
*Czechiæ*! Joannes *in medio ignis* (s) *facundus Apoſtolus*
ſacræ Cameræ Cuſtos fidelis, *non aperiens os ſuum* (t)
*prædicat in omni patientia! Joannes* Czechus Abraham,
*dona myſterij Divini perfectè ambulans emeretur in omni*
*patientia.* (u) *Joannes* Czechus Joſue, *ad debellandam*
*ſuperbiam Jericho*, (x) dimicat, *ut bonus miles Chriſti*,
(y) *in omni patientia.* Joannes *Diſcipulus ille quem di-*
*ligebat JEſus*, (z) *ad conſequendas Cæli epulas*, *ſcandit*
*Thabor*, (a) *in omni patientia.* IO! triumphe! Joannea
*patientia! in medio fluminum* (b) paradoxô verbô *facun-*
*dus Apoſtolus*, *juſtus*, *fortis*, *& patiens* (c) procumbens
proſternit, dejectus erigit, vinctus vincit, merſus pontô
portum Cæli petit, amictus comitatu Heroum *qui fru-*
*ctum afferunt in patientia*, (d)

\- - *Hinc lacrymæ, procul hinc propelle dolores.* (e)
*Abundat conſolatio* (f) *doloribus tuis* (g) gemens *Cze-*
*chia! ſepulchrum Joannis glorioſum* (h) *æternis genethlijs*
*pretioſum ortum* (i) *ſtupore* (A) *vehementi*, (k) miran-
te Pragâ, pyrotechnans Cælum oſtendit. *Omnis terra*
*rore madens!* (l) *hæc eſt dies, quam fecit Dominus.* (m)
*madet manna matutino Czechia* (n) *in morte Joannis*
*glorioſiſſima!* (o).

Paradoxum Alpha, & Omega; Magiſter, & Apoſto-
lus *ſtant in judicio* (p) *Magiſter innocentiæ* (q) *in judicio*
*peccantium:* (r) *facundus Apoſtolus Joannes in judicio ju-*
*ſtitiæ & ſanctitatis.* (s) Floreat *doctrina viri per patien-*
*tiam*! (s) Verumtamen: *Summus Pontifex* (u) *interro-*
*gat de doctrina ejus?* (x) *quæ ſit exemplar timoris DEI*,
*& vitæ ſanctæ* (y) *à viro ſancto*, (z) *judicia* hæc *Abyſſus*
*mul-*

(A) *cruciatur igne. in Vita*
(i) *Pſ.* 138. *v.* 6.
(k) *Nah.* 3. *v.* 2
(l) *Apoc.* 16. *v.* 10.
(m) *Iſa* 34. *v.* 15
(n) *Sap.* 16. *v.* 19.
(o) *Jer.* 48. *v.* 16.
(p) *S. Ambs. Jo*
(q) *Soph.* 3. *v.* 14.
(A) *Projicitur in. Moldavam in Vita.*
(r) *Iſa.* 22 *v.* 23
(s) *Ecci* 51. *v* 6
(t) *Pſ.* 38. *v.* 10.
(u) *S. Ambr. Sup. Gen c.* 27.
(x) *Corn. à Lapide. ſup. l. Jos. c.* 6.
(y) *Z Tim.* 2.
(z) *S. Aug. ſup Mat.*
(a) *Joan.* 16. *v* 2.
(b) *Ezech* 29. *v*: 3.
(c) *Pſ.* 7. *v.* 12.
(d) *Luc.* 8. *v.* 15.



*multa!* (a) *quid interrogas* (b) *Judex ſacerrime? inter-*
*roga eos qui audierunt*; Nepomuc verbum innocentiæ
prædicantem, Bernardeas apes virtuti inſtantem, Pale-
ſtram Ravennati oportunè meditantem, lætam Curiam
importunè arguentem, ſanctum Gazophilacium obſecran-
tem, pigri Regiam increpantem, cæſtus & moldavam pa-
tientem! plus dixerim! *Reges terræ, & Principes, juvenes*
*& Virgines, ſenes cum junioribus* (d) *& populus quem ele-*
*git in hæreditatem ſibi Dominus* (e) *in omni pietate* (f)
*in omni virtute, & ſignis*, (g) *ùt ſit exemplum virtutis*
*omni populo*, (h) *virtutis*, *& Sanctitatis Palladium* (i)
*palam locutum*, palam docentem *Joannem*, *verum teſti-*
*monium perhibent.* (h) Eja ergó *Arbiter mundi*, *& Cæ-*
*li!* (l) *ſilentium Albanum*, *Albi Mariani*, (m) DEI vo-
ce *Albo Sanctorum* palam eloquere! Huc *pietatis Sacra-*
*mentum*, (n) *in cordibus ſuis de Joanne* (o) piè medi-
tans Czecha Soboles! *exurge in adjutorium!* (p) ùt *in*
*numero Sanctorum* (q) *dicere poſſis* (r) *eſſe Joan-*
*nem*, quem *facundum Apoſtolum*
*Bohemiæ*

# D I X I.

(y) *S. Bern.* (z) *Dev.* 33. *v.* 3. (a) *Pſ.* 35. *v.* 7. (b) *Joan.* 18. *v.* 21. (c) *Ibi.*
*V. eodem* (d) *Pſ.* 32. *v.* 12. (e) *Pſ.* 2. *v.* 2. (f) *Tim.* 2. *v.* 2. (g) 2. *Theſ.* 1.
*v.* 9. (h) *Ruth.* 4. *v.* 11. (i) *S. Cypr.* (k) *Joann.* 10. *v.* 25. (l) *Rayn. in c.*
Q. R. (m) *Alluſio ad indulg. Sacelli. Neo-Prag.* (n) *Tim.* 3. *v.* 16. (o) *Luc.*
3. *v.* 2. (p) *Pſ.* 34. *v.* 2. (q) *Jud.* 10. *v.* 8. (r) *Dev.* 3. *v.* 6.

(e) *Virg.*
(f) 2. *Cor.* 1. *v.* 3
(g) 2. *Macd.* 9.
(h) *Iſa.* 11. *v.* 10.
(i) *S Iſidorus de Nat: Do.*
(k) *Ger.* 27. *v.* 33.
(l) *Jud.* 6. *v.* 39
(m) *Pſ.* 117. *v.* 24.
(A) *Lux appar. ſuper corp. in V.*
(n) 16. *Maij manna pluit Iſrael*
(o) 2. *Mach.* 6. *v.* 19.
(p) *Joſ.* 20. *v.* 6.
(q) *S. Auguſt.*
(r) *Ecci.* 11. *v.* 9.
(s) *S. Petr Chri. ſol. ſer.* 23.
(t) *Prov.* 19. *v.* 11.
(u) *Jud.* 15. *v.* 9.
(x) *Joan.* 19. *v.* 19
*Alluditur ad rotam Canonizationis.*